



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 2. Guina a Guisio Duce obsessa, captaque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

arbitrium captivi remaneant. III. Tormenta, globi, pulvis pyrius, arma, & vexilla in oppido relinquuntur. IV. Ædificia non destruantur. V. Omnis suppellex, aurum, argentum, & equi arbitrio Guisii Ducis permittantur. His igitur pactis die decima Januarii utrinque firmatis Angli altera die urbe excedebant.

## §. II.

*Guina a Guisio Duce obsessa,  
captaque.*

Caletum expugnato Belliduces habito Senatu deliberabant, an Guinam, vel potius Gravellingam exercitum ducere expediret: præplacuit autem priorem civitatem aggredi, eo quod illa ad tuendum Caletum magis opportuna, minusque remota, quam Gravellinga esset. Hanc urbem propugnabat Grajus valido mille & centum armatorum præsidio munitus: nihilominus Guisius Dux die decima tertia Januarii obsidioni initium dabat, præsidarii autem quamvis numero sat validi essent, adeo tamen forte ob Caleti jacturam animo dejecti erant, ut primo impetu urbem defererent, seque in arcem reciperent: Cum vero Gubernator Gallos unice deprædationi intentos cerneret, mox eruptione facta eos urbe expulit, atque abjecta

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.

Belcar. l. 28.

n. 5. & 6.

Thuan. l. 20.

n. 3.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558  
tuendæ civitatis spe illam incendit, fe-  
que rursus arci inclusit. Triduo post  
ductus obsidionales, vallumque usque ad  
muralem fossam promotum est, ubi col-  
locatis triginta sex belli tormentis arx  
tanto furore quatiebatur, ut propugna-  
culum, quod portam oppositam tegebat,  
ferme totum fuisset eversum: cum au-  
tem ad editam ruinam difficilis adhuc  
esset ascensus, Guisus fossores convo-  
cavit, qui arduum accessum magis expe-  
ditum redderent. Demum die vigesima  
Januarii Andeloto in armis esse  
jusso Germanorum legio ad id destinata  
tanto impetu vim fecerat, ut hostium  
trecentis in hac pugna cæsis Guberna-  
tor diutius resistendo impar, captivum  
se, omnemque præsidarium militem  
traderet.

## §. III.

*Hamesium Castellum a Duce  
expugnatum.*

In ea ditione, quam Osiensem comita-  
tum vulgo vocant, supererat Hamesia  
arx non admodum per se munita, sed  
situ fere inaccessa; quippe paludibus  
undique ita cingebatur, ut ad eam non  
nisi per angustum aggerem aditus  
pateret, pontibus ligneis plerumque in-  
tercisis: verum præsidarii, qui in eo  
erant, intellecto Guinæ successu, non ex-  
pecta-